Michaëli Philippo Beuthero — de Ao 1601.

15)

Clariss. David Pareus

S. P.

Ad tuas, Vir Clarissime, frater in Christo honorande, priores quidem non respondi. Proximæ verò tuæ duplici argumento me multùm delectarunt, tùm quod inde cognovi, honores in S. Th: summos, quos jam pridem præclara tua merebatur eruditio ab Academia Basiliensi tibi tributos esse: de quibus et tibi et Ecclesiæ pro eo ac debeo ex animo gratulor: tùm quod nuncium de filii mei incolumitate et reditu futuro mihi afferebant. Utinam verò hic non frustrà fuisset. Accepi enim per mercatores tristiorem nuncium de ejus morbo, in quem jam propè itineri accinctus inciderit, febre tertiana duplici, cujusmodi hoc autumnali tempore solent esse perquàm periculosæ. Quanta id me meamque conjugem exerceat cura, non est quod scribam tibi, si pater es. Nunc valeat an vivat anxii hæremus, nec habemus præter suspiria, quæ pro ejus salute ac reditu ad Deum quotidiè facimus. Fiat autem Domini voluntas sancta et optima. Fratrum Bernensium humanitas sanè à pluribus non semel est mihi commendata: præsertim anno superiore à filio meo, qui non dissimilem expertus erat. Magna laus hæc est gentis Helvetiæ, quam nobis longissimè præripuit. At major multò, quod de præclarè illa in fide et charitate inter se ἁρμονία conservanda scribis. Ita sanè oportebat et nos in unitate conspirare. Sed ô tempora! Dum Satan antè et nunc ruinam Ecclesiis nostris machinatur,

nos bacchanalia vivimus. Nulla cura de pro-
ximis aedificandis, cum ne de nobis quidem.
Jampridem de convocatione Ecclesiarum Re-
formatarum per universas synodos cogitat[ur]
quidem, sed non cogitatur. Ego de nobis nihil
spero. Primos esse oportebat, post principia
verò stamus. Si tu stamus. Quibus cura Eccle-
siarum commissa, non tam fuit quam auli-
cis consiliis agunt omnia: Sciunt autem qualia
hac sint, Romanam pro Samaritam. Unde qua-
lem posteritas sit habitura religionem, quis
tam hebes, qui non videat? Rectè autem facit
qui nos et nostros obtundere non desistit.
D. Vorstius purgavit semper de calumnia
apostasiae: Sed de suspicione collusionis
cum Socinianis ne Rhenus quidem eum apud
me satis purgabit. his quidem motib[us] D. [illegible]
[illegible] vir eruditissimus, sed αὐτοδίδακτος
ab illa quidem suspicione alienus: Sed non
sine scandalo est facilis in mendis et
jactandis sententiis. De Synodo tua
Argentinensi nihil planè audivi, ubi
lateat, operae pretium faceres, si à Senatu
Ecclesiastico per literas repeteres. Forte
illi exspectarentur: ne tibi labor et Eccle-
siae fructus pereat. De tumultu Phorcensi
ex Georgio Luthero pastore ex strate non
sine dolore cognovi: Cives ajunt de novo con-
spirasse in Ubiquitariam fidem. Ita Diabolus
furit, ne locus detur veritati, nec difficile
est conjectare, à quibus vicinis inflammentur
valdè hi motus, ad quos etiam Durlacenses

inclinare jam videntes, turbabant bonum Principem quem ret Deus robore et prudentia instruat in his confusionibus: omnibus est toto pectore.

Ceterum de nostris motibus scholasticis, quo me, cum primis etiam execuerint, ex praesente Friderico isto vestrate alumno cognosces. Themata tua eruditissime scripta amplector, et ἀντίδωρον pensabo ubi primum erit admang. Noster apostata passus D. Moguntiae nisbar ... omnibus nobis maledicit. Ita solent ferocia apostatae maledicendo suis gratiam mereri, sed silentio vindicabitur, et peribit ille per nos gloria. Vale mi frater: Deus tibi tuisque spiritualiter benedicat. Saluta ex me Dnos. Collegas D. Pantaleonem cum filio Samuele: necnon D. Petrum Sirclium et D. Sweblinum officiosissime. Raptim Heidelb. 18. Sept. 1601.

T. T.

D. Pareus.

D. Michaëli Philippo Beuthero

Clariss. D. Pareus S. P. 16)

***. Apostata noster, de quo scire cupis, est homo vafer et superbus. Is diu tem meditatus, ut nunc scribit, tandem clam desertatstatione uxore et liberis ad jesuitas profugit: jamque Moguntiae regna mundi expectat. Sed inveniet mercedem apostasia dignam. Lectione Bellarmini irretitus, larvaque ecclesiae dementatus haesit, et nunc nihil nisi Ecclesiam crepat mi. ... insulsis apologiis: quasi Ecclesia Christi esse possit, quae tot mendacia, errores, blasphemias, falsos cultus et superstitiones manifestasque idololatriam tuetur. De Doct. Vorstio forte forte pridem cognovisti cum Soziniana ea